

De amicitia, & odio planetarum.

Naturaliter diligentes & odio habentes se inicem, iuxta antiquorum doctrinam, planetae hi sunt inferius descripti.

Amici	$\left\{ \begin{array}{l} \text{Iouis omnes præterquam} \\ \text{Veneris quoque planetæ omnes præter} \end{array} \right.$	♂ L
Amici Saturni	$\left\{ \begin{array}{l} \text{♀} \\ \text{○} \\ \text{☽} \end{array} \right.$	Inimici $\left\{ \begin{array}{l} \text{♂} \\ \text{♀ tamen plus} \end{array} \right.$
Amica Martis	♀	Inimici eius omnes sunt, magistri ♀ & ○
Amici Solis	$\left\{ \begin{array}{l} \text{♀} \\ \text{♀} \\ \text{○} \end{array} \right.$	Inimici $\left\{ \begin{array}{l} \text{♂} \\ \text{♀} \end{array} \right.$
Amici Mercurij	$\left\{ \begin{array}{l} \text{♀} \\ \text{♂} \\ \text{☿} \end{array} \right.$	Inimici $\left\{ \begin{array}{l} \text{○} \\ \text{☽} \end{array} \right.$
Amici Lunæ	$\left\{ \begin{array}{l} \text{♀} \\ \text{♂} \\ \text{☽} \end{array} \right.$	Inimici $\left\{ \begin{array}{l} \text{♂} \\ \text{♀} \end{array} \right.$
Amici Capitis draconis	$\left\{ \begin{array}{l} \text{♀} \\ \text{♀} \end{array} \right.$	Inimici $\left\{ \begin{array}{l} \text{♂} \\ \text{○} \end{array} \right.$
Amici Cauda draconis	$\left\{ \begin{array}{l} \text{♂} \\ \text{♂} \end{array} \right.$	Inimici $\left\{ \begin{array}{l} \text{☽} \\ \text{♀} \end{array} \right.$

Aliæ etiam sunt species inimicitiae ratione oppositionis domorum, & exaltationum. Fortior autem planetarum amicitia est quando planetæ concordant in natura, qualitate, substantia, & potestate. Quando autem amicus amico associatur, augmentatur eorum bonitas, econtra in malis sit. Bonus uero in coniunctione mali malitiam ipsius, non tamen absque boni detimento mitigat.

De coitu & aspectibus, seu radiationibus planetarum.

♂ Coniunctio siue congressus luminarium, (quæ circulari figura nodo aliquatenus connexa figuratur) perfecta, seu partilis exhibetur, cum planeta aliquis in eodem gradu alteri planetæ, uel Soli per minuta. 1 6. ante, aut retro, tam per longitudinem, quam per latitudinem copulatur: & tunc dicitur esse in corde solis, uel eidem unitus, ab inde uero citra uidelicet a gradu uno, ante uel post platica fertur coniunctio, dum s. iuxta medietatem orbium, siue radiorum amborum coeuntium, uel minus, unus alteri adhaeret. Ex quo propè Solem cōmūniter per gradus. 1 2. combusti a lumine Solis & per gradus. 1 5. sub radijs esse dicuntur: & tunc raro uel minime cœlo apparent, ni modo stella aliqua ex fixis fuerit, quæ per gradus totidem in latitudine ab eodem solari corpore elongatur, nam tunc matutina uel uespertina, etiam Soli longitudinaliter unita apparet poterit, quod in minoriem latitudine in Luna & Venere non nunquam fieri inferius demonstrabimus.